

LI

blico decreto. Tibiq; diligēter aperui sentētiā animi mei: in quā ipsam si a uobis quoq; itū fuerit: habebūt oīa recte. Reliquū est: ne differas: sed q̄primum ad me litteras des: quib⁹ fiam certior de re omni: quā nostra interesse iudicabis. Vale ex Mediolano pridie kal. Iulias. M. cccc. Lv.

Franciscus Philelfus Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario sal. dicit.

e Xistimo fieri aut nūciorū negligentia: aut etiam fortassis occupationib⁹ tuis: ut litteræ tuæ uel mihi non reddant: uel non eant ad me. Nam me tibi humanissimo uiro esse carissimū non sum nescius. Cæterū uelim scias in eadem me esse sentētia: quam antea ad te scripsi. Qua de re eruditissimus philosophus ac medicus Thomas coronēsis tecum uerba faciet. Ad hæc dedi ad te Ioanni colfæ uiro nobilissimo opus meum satyricū: satis emendatū & minus elegāti codice perscriptū. Malui tamen aliquid ad te dare q̄ pati ut uir utriq; nostrum amicissimus monimentis meis omnino uacuus ad te iret. Nam aliud quicq; per id temporis nihil mihi erat in manu. Vale ex Mediolano xiiij. kal. augustas. M. cccc. Lv.

Franciscus Philel. Thomæ philosopho ac medico sal.

a Cæpi superiore hyeme tuas litteras & illas qdē p̄humanas ac plane testes amoris summi erga me tui.

Qui aut̄ illas reddidit: cū esset Patauiū tui negocij causa petitur⁹: dixit: se nō m̄to post rediturū ad me. Quare quicquid essem responsurus: in id temporis reijcerem. Redijt autem diu post: meq; adijt cum discumberem. Itaq; ilico surgens scripsi ad te: ad eaq; diligentissime respondi: quorum gratia ad me scripseras. Sed ubi nūcium tuum quæro: eū inuenio eodē tēporis momēto abiisse: quo me a dierat. Itaq; paucis ea repetam. Idq; *Χάρις Τιμῆλλήνων γλώττερον*. Vale Ex Mediolano. xiiij. kalē. Augustas. M. cccc. Lv.

Frānciscus Philelfus Guilielmo Vrsino Franciæ cancellario salutem.

n Icolaus Trachaniotes & Alexāder Cananus qui tibi meas litteras reddiderunt: uiri sunt & Cōstātinō